



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici**

**Andreas, Valerius**

**Francofurti & Lipsiae, 1720**

XXV. De Exemptionibus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63277)

rendum esse, ut quia forte plus quam se-  
miplene probavit, vel etiam tantum se- *c. ult. §.*  
miplene, Reo contra per se nihil pro- *sane b. t.*  
bante.

De Exceptionibus.

TIT. XXV.

Postquam Actor aliquo ex prædictis mo-  
dis probavit intentionem suam, au-  
diendus deinde est Reus, qui ad de-  
fensionem sui uti solet exceptionibus,  
quibus actiones jure competentes  
vel saltem de facto intentatæ exclu-  
duntur.

I. Quid ergo est Exceptio & quotuplex?

EST actionis vel intentionis exclusio, ea-  
que in genere duplex, alia Facti, qua  
Reus repellit actionem nullo jure, agen-  
tem v. g. si quis agat ex mutuo, qui mu-  
tuum nunquam dedit: alia Juris, qua reus  
excludit actionem, ipso quidem jure com-  
petentem, sed cujus nomine iniquum sit  
Reum condemnari.

II. Exceptionum juris aliæ sunt Di-  
latoriæ, aliæ Peremptoriæ. *Dilatoria*  
sunt, quæ principalem causam & actio-  
nem non perimunt, sed tantum diffe-  
runt ad tempus, ut exceptio declinatoria  
fori,

fori, exceptio procuratoria &c. *procuratoria* exceptiones sunt, quæ non  
runt tantum, sed & perimunt atque  
dunt actionem, ut exceptio pacti  
venti de non petendo, exceptio  
dicatæ, exceptio transactionis & ju  
randi.

2. *Quando proponenda sunt hæc  
ceptiones?*

Dilatorias quidem regulariter  
*e. Inter 20.* oportet ante litem contestatam,  
*inf. De* tra terminum a iudice constitutum  
*sent. & re* in casibus exceptis. Peremptoria  
*jud. c. 4.* ro regulariter objici possunt ante  
*& 12. h. t.* litem contestationem, usque ad  
*l. 207. De* tiam, quia post sententiam res judicata  
*R. I.* betur pro veritate.

De Præscriptionibus.

TIT. XXVI.

Non tantum exceptionibus, sed & præ  
scriptionibus, sive usucapionibus  
defendere Reus potest, objiciendo  
Actori, quod rem vel jus, de quo agitur  
juste præscripserit, estque hæc exceptio  
peremptoria præscriptionis.